

significatur Christi aternitas, ut Deus est. ait Christus de se: Ego sum a, & w, Ego sum omnium rerum p incipio antiquior, ante quem nihil est tempore, imo per quem omnia facta sunt, sic etiam Omega id est, sine fine, seu omni sine posterior, ex quo constat illi sua aternitas qua una simul cum Patre in sempiternum gaudet utpote ejusdem essentia cum illo.

214: Christus causa efficiens, & finalis omnium.

D. Hieron.

22: Damian

Arias Mont.

Cam Christus supremus & finis, nisi inveniendum.

216: 1. Tim. 2.

Act. 10.

Sub extremis includuntur media.

Genes. 1.

D. August.

Tertio dicitur a, & w, principium, & finis, id est, sum causa efficiens, & finalis universorum, universa enim ad dei gloriam creata sunt: Omnia propter semetipsum operatus est Dominus. Quarto, d. Hieron. lib. 1, contra Jovinian, existimat, hoc convenire cum illo ap. in 1. ph. 1. n. 10. Distante omnia in Christo. Quia Christus est principium & finis omnium rerum, & quia omnia in Christo debent incipere, ac in eundem tandem desinere. Tert. lib. de Monog. U. Ioannis, ait, disputatio desinat in Christum, & per Christum, omnia ad initium revocentur, & homo revertatur ad paradysum ubi prius erat. Quinto, Cardinalis Petrus Damian, quod dum Christus dicitur a & w, significatur, quod ipse sua summa sapientia attingit, ac cognoscit prima, & novissima. Sexto: Arias Montanus in cap. 4 Zachariae ait, quod dicitur a & w, id est consummatio, Deus, ac perfectio rerum omnium. Septimo. Quod ipse ait, principium; ac finis omnium rerum qua geruntur in toto orbe, c. Ecclesia, & quod sicut ipse fecit oriri Ecclesiam; eique principium dedit, sic pariter eam provecturus est usque ad finem, ac consummationem: ac proinde Christiani non debent timere Domitianos Decios, ac alios Tyrannos, sic dicitur infra n. 17. Noli timere, ego sum primus, & novissimus. Et c. 2 n. 8. Hec dicit primus, & novissimus, nihil horum timeas. Et ad hoc magis confirmandum, statim omnipotens appellatur: Qui est, qui erat, & qui venturus est omnipotens.

Octavo Videtur, quod Joannes, dum vult extollere Christum, dimiute procedat: nam eius encomia tantum in principio, ac sine refert. cum tamen Apostolus de eo scribat, quod sit Mediator Dei, & hominum, 1. Timo. 1. n. 5. & Petrus: Qui pertransit beneficiendo, & sanatio omni oppressos a diabolo. Act. 10. n. 38. & alia multa, qua dici poterant, qua omnia in magnam Christi gloriam, & honorem cedebant: licet haec omnia essent magna Christi encomia, tamen cum ait, quod ipse sit principium & finis, sub his illa omnia magna includit, & cum Christus D. haec dicat de se, omnia magna, & excelsa de se denotat, & significat; & frequens est in Scriptura, ab extremis simul positis, eorum media, qua ob compendium tacentur intelligi. Sic ad illa verba Gen. 1. n. 1. In principio creavit Deus caelum, & terram. Cum intermedia silentia involvantur, observat d. Aug. in Gen. Cum primum Moses caelum dicit factum, deinde terram; in caelo omnia invisibilia, & in terra omnia visibilia creata, significat, totius enim natura summa, & ina comprehendit, ut quidquid medium est, proculdubio etiam factum credatur.

QUESTIO XXXI.

Quare Christus D. dicitur Alpha, & Omega? Ex figura ipsarum litterarum Graecarum expeditur quaestio?

Difficultatem hanc instituimus, ut ex diphsimet Graecis characteribus quaestionem resolvamus: Cum enim Joannes scripsisset Graeco sermone, ut in Prooemialibus diximus, Graecis litteris usus est; si enim hic liber Hebraico idiomati mandatus esset, Hebraice dixisset Ego sum Aleph, & Thau: nam Aleph est prima, Thau ultima littera apud Hebraeos ex Graecis litteris quaestio haec resolvenda est.

Primo Albertus Magnus: Litteris se comparat, ait: quia ipse est sapientia, qua literatos fecit 1. Corinth. 1. Praedicamus Christum Dei sapientiam: Item Alpha interpretatur petitio, & ideo hinc littera se comparat, ut sic doceat: quod ab ipso petenda est Dei sapientia, Jacob. 1. num. 5. Si quis indiget sapientia, postulet a Deo. Christus est, qui loquitur, ipse infinitus, & incomprehensibilis est; & tamen se solum his duabus litteris comparat, nonne sat erat dicere, Ego sum principium, & finis: cur cum Alpha, & Omega sui comparisonem facit? Alpha interpretatur petitio; ideo hinc littera se comparat, ut sic dicat quod ab ipso petenda est sapientia. Omnis nostra petitio a Christo debet incipere, & in Christo desinere, ac terminari.

Secundo. Idem Albertus Magnus: Vocabilibus se comparat, ait, quia ipse vocavit nos ad regnum Dei; quia vero nos per duo maxime vocat, scilicet per considerationem principii vitae nostrae, & per memoriam finis, ideo se comparat his duabus litteris, quae sunt extrema, & finales. Maxime potuit Christus D. se comparare primae, & ultimae Alphabeti Graeci consonanti: Cur ergo, his ommissis, vocales eliguntur? Tamen primae, & ultimae vocali se contulit, quia ipse vocat nos, per considerationem principii vitae nostrae, quod est pulvis; & per memoriam finis: qui etiam pulvis est.

Tertio. D. Epiphani. lib. 2. advers. Haereses, haeresi 42. Ego sum a & w, Alpha, quod deusum respicit; & Omega, quod sursum obvertitur, ut & illud impleatur, qui descendit, ipse est, qui ascendit super omnem principatum & potestatem. Christus ait de se, quod sit a & w, & non abs re, ob dispositionem ipsarum litterarum: nam a inferne, & w supernae respicit; & inde Christus cum his duabus litteris se confert, ut innovatur, quod ipse, qui descendit, ipsemet est, qui super omnes caelos ascendit.

Quarto. Richard. Victorin. Non dubitatis, ait, de his, qua auditis, quia sicut principium sum creandi vos per potentiam; sic & finis sum iudicandi per justitiam; & qui vobis dedi, substendi originem, in se dabo meritis retributionem. Anima

227.

228. Alb. Magn.

229. Alb. Magn.

230. D. Epiph.

231. Ricard.

Christus qui est principium ad operandum, est finis ad remunerandum.

232. Philipp. 3. Inimitur Trinitas in unitate unius substantia.

233. In ultimo fine vitae, multi Deum vident. Rupert.

Animamur ad quaelibet pro Christo tollenda, cum ipse sit noster remunerator: nullum majus sane potest esse solarium, quam quod sicut Christus est nostrum principium ad estendum, ac operandum, etiam ipse sit noster finis, ac remunerator ad praemiaendum.

Quinto. Philippus Abbas in moralibus super Cantica Canticorum, vers. 1. cujus inscriptio est, Recapitulatio a superioribus: Quid, ait, designant tria membra in unum, w, litteram sursum respicientia, nisi tres personas, in unius summe Trinitatis substantiam; & bene ejusdem littera membra sursum aspiciunt: & quasi de caelo venientia deorsum litteram unam faciunt: quia cognitio S. Trinitatis per Dominum Iesum ad nos descendit, & in unam sanctam Ecclesiam Catholicam, per fidei unitatem sedem sibi collocavit. Omnia Graeco characterem magnum indicat mysterium, in eo tria sunt membra supernae, inferius vero in unum coadunantur: quo indicatur Trinitatis arcanum, in quo tres sunt personae, in unitate unius naturae.

Sexto. Rupertus lib. 1. in Apocalypsim sic ait, Littera a, unum, w autem apud Graecos significat octingentos, quia qui in principio unus erat filius unicus, sive unigenitus, in fine saeculorum, filios Dei, quasi adoptivos habebit octingentos, id est, innumerabile. Alpha, & Omega apud Graecos significant numeros. Ita ut Alpha a, significet unum & Omega, quae est haec figura w, significet octingentos. Dicitur ergo Deus Alpha & Omega, principium & finis: Alpha vero vocatur in principio, Omega in fine. In principio vitae hominis, unus solus Deus est: nam in flore juventutis vix invenitur, qui ad ipsum accedat: nam pro voluptatibus vitae maxime Deus relinquitur. At in fine vitae hominis jam Deus, non Alpha, non unus, & solitarius, sed Omega est octingento um sine innumerabilium numero circumdatus, non enim tunc permittitur Deus solitarius, sed ad eum multi filii, ac famuli adscribuntur: In fine saeculorum, filios Dei, quasi adoptivos habebit octingentos, id est innumerabiles.

Septimo. Idem citatus Rupertus: Littera a, ait, unum, & w octingentos apud Graecos significet. Unde quando venit cum nubibus, quando videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt: tunc oportune dicit hic Dominus Deus, tunc, inquam, vociferabitur & clamabit, & super inimicos illos suos confortabitur, & istud dicit eis: Ego sum a, & w. Quid est, quod cum durissimum iudicium adversus impios minatur: severissimus iudex, veniens in nubibus caeli, de se loquens, ait: Ego sum a & w: Quid habent huiusmodi litterae cum rigorosissimo iudicio impii exercendo? Littera illa, ut jam dixi, numeros denotant apud Graecos: Alpha a unum, Omega w vero octingentos, seu plures significat. Quid hoc importat. Venit quidem severissimus iudex, qui quamvis in se sit unus proflus invariabilis iudex, qui etiam & sit w per respectum ad creaturas: sicut & materialis sol ita aliquando in nubibus componitur, ut quamvis in se unus, & invariabilis sit, veluti plures factus appareat: ita rigorosissimus sol justitiae in nubibus veniens ad iudicium, per respectum ad creaturas, cum in se unus sit, tamen sic apparebit, ac si plures iudices. Apocalypsim. Tom. 1.

rent impium perditore: Jud x constantia cum unus sit, in crimine vero puniendo, ac investigando, veluti plures a pareat, ut universae creaturae, pro eo stent, & punient.

De peccatore in fine vitae constituto ait Ecclesiastes 8. numero 8. Non est in hominis potestate, prohibere Spiritum: nec habet potestatem in die mortis: nec finitur quiescere, ingruente bello; Eleganti phrasi dies mortis peccatoris describitur: dies belli vocatur, cum mors imminet peccatori, veluti adversus eum bellum denuntiatur, sic enim concipitur iudex advenire, ac si veluti cinctus magnis, & horribilibus copiis, hostilibusque exercitibus, ut miserum invadant, eumque in aeternum iudicium damnet: quod eleganti, ac pia meditatione disserit Divus Ephrem, serm. in eos, qui in Christo obdormierunt: Repente, ait, constringitur lingua, immutantur oculi, concutitur mens, quando Dominicae copiae, atque satellites advenierint: quando formidabiles exercitus invaserint, atque apprehenderint: quando Divinissimi, atque emissarii animam e corpore migrare iusserint: quando inexorabiles apparitores in iudicium nos trahentes detulerint.

Ait Christus D. Nunc iudicium est mundi, nunc Princeps huius mundi ejicietur foras. Et cum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum. Joan. 12. numero 31. Quanam est haec dictorum connexio? Deus severissimus iniquitatum, ut vocat mundum ad iudicium, mundique principem damnabat: sed cum mundi princeps vocatur in iudicium, ad sui totalem condemnationem, ad quid ad haec facit illud: Cum exaltatus fuero, omnia traham ad me ipsum? Cum mundi Princeps ejicietur foras a mundo ad sui totalem ruinam, omnia ad supremum iudicem conveniunt, omnia traham ad me ipsum. Cum Deus in iudicium exurgit, universa ad ipsum conflunt, ut contra miserum in iudicium venientem pugnent, arguant, & damnent, ac si nesciat ipse solus in aliquo irasci, sed in similem sui iram universas creaturas adducat. Ad hoc respicit D. Leo serm. 4. de Passione. Traxisti Domine, ait, omnia ad te, cum in execrationem Iudaici sceleris, unam protulerunt omnia elementa sententiam, cum obscuratis luminibus caeli, & converso in noctem die, terra motibus quaque quateretur insolitis, universaeque creaturae impiorum se usui negaret. Expende illud: Unam protulerunt omnia elementa sententiam.

Apoc. 1. n. 9. Ego Joannes frater vester, & particeps in tribulatione, & regno, & patientia in Christo Iesu, fui in Insula, quae appellatur Pathmos, propter Verbum Dei, & testimonium Iesu.

235. Eccles. 8.

In mortis articulo omnia pugnant contra impium. D. Ephrem.

236. Joan. 12.

In iudicio omnia exurgunt contra impium. D. Leo.

VERSIONES.

- Syrus. Ego joannes ille frater vester, & socius vester in afflictione, fui in Insula, quæ vocatur Pathmos.
- Arabicus. Ego Joannes confors vester, &c. cum essem in Insula quadam, quæ dicitur Pathmos.
- Arias. Communicans in tribulatione, in regno, & tolerancia.
- Vatabl. Particeps in afflictione, & regno.
- Alii. Particeps in expectatione & regno.
- Oecumeni. Propter sermonem dei & testimonium Jesu.

EXPOSITIO VI.

237. **P**REMISSE proæmio, absoluta salutatione Joannes jam suam narrationem aggreditur, quam maximè commendat à persona, cui manifestata est hæc revelatio, à loco, ac causa loci. & die, ac tempore revelationis, & tandem cujus imperio, ac jussu eam scripserit, ut patet ex sequentibus verbis 10 & 11.

238. Ego Joannes: Ecce persona scribentis, se ipsum indicat, ut melius recipiantur ea, quæ dicitur. *Frater vester*; fratrem se nominat, ut melius admitantur ea, quæ dicenda sunt; à fratre enim aliena est omnis sinistra suspicio: frater autem existit in fide Christi, ejusque dilectione. *Et particeps in tribulatione*: Hoc apposuit, ut explicat Ribeira, quoniam ipse etiam sævitiæ Domitiani Christianos persequentis expertus, & in Insulam Pathmos relegatus fuit: & hoc dicit ad multam fidei consolationem: nam videntes ipsi communicationem in laboribus cum Joanne Christi dilecto, inde singulare ducerent Divini in se amoris argumentum, multis propter fidem calamitatibus implicari. *Et regno*: Ecce eis proponit præcipium ante oculos. Spero enim quod vos in cum regni cælorum participes futuri eritis; tacitè eos exhortatur ad sustinendos labores, ob tantam mercedem. *Et patientia in Christo Jesu*: Veluti si dicat, particeps patientiæ Christi Jesu, vel patientiæ Christianæ, quæ non indignatur affligentibus sed potius eos diligit æquoque animo sustinet, quicquid à Deo immittitur. Vel in Christo Jesu; id est, vel propter Christum, vel fidem Christi, ut communiter multi Recentiores explicant.

Ribeira. Ego Joannes: Ecce persona scribentis, se ipsum indicat, ut melius recipiantur ea, quæ dicitur. *Frater vester*; fratrem se nominat, ut melius admitantur ea, quæ dicenda sunt; à fratre enim aliena est omnis sinistra suspicio: frater autem existit in fide Christi, ejusque dilectione. *Et particeps in tribulatione*: Hoc apposuit, ut explicat Ribeira, quoniam ipse etiam sævitiæ Domitiani Christianos persequentis expertus, & in Insulam Pathmos relegatus fuit: & hoc dicit ad multam fidei consolationem: nam videntes ipsi communicationem in laboribus cum Joanne Christi dilecto, inde singulare ducerent Divini in se amoris argumentum, multis propter fidem calamitatibus implicari. *Et regno*: Ecce eis proponit præcipium ante oculos. Spero enim quod vos in cum regni cælorum participes futuri eritis; tacitè eos exhortatur ad sustinendos labores, ob tantam mercedem. *Et patientia in Christo Jesu*: Veluti si dicat, particeps patientiæ Christi Jesu, vel patientiæ Christianæ, quæ non indignatur affligentibus sed potius eos diligit æquoque animo sustinet, quicquid à Deo immittitur. Vel in Christo Jesu; id est, vel propter Christum, vel fidem Christi, ut communiter multi Recentiores explicant.

239. *Fui in Insula, quæ appellatur Pathmos.* Quæ sita est in mari Asiatico, & est una ex Sporadibus non longè distans à Candia, seu Creta. Ibi, ut ait Ansbetus, Joannes à Do-

mitiano relegatus, & damnatus ad metalla eruenda. Propter Verbum Dei, & testimonium Jesu Christi. Per Verbum, vel intelligitur ipsa secunda Trinitatis Persona, vel ipsam Evangelium, quod prædicatum erat ab eo. Fuit ergo Joannes ad insulam in exilium missus, eò quod prædicaret Jesu Christi Evangelium: præsertim, quia annuntiabat eus divinitatem, vitam, mortem, ac resurrectionem.

QUESTIO XXXII.

Quare Joannes iterum hic se nominat, ac suorum fratrem se appellat?

JAM tertio Joannes hic nomen suum apponit. Primum cum dixit num. 1. *Significavit mittens per Angelum suum servo suo Joanni.* & iterum num. 4. *Ioannes septem Ecclesiis quas sunt in Asia.* Et nunc tertio, hoc loco: *Ioannes frater vester.* Quod nec casu, nec vanitatis gratiâ factum est, ut nomen suum celebre faceret: sed ex magno mysterio, cum enim magnas revelationes, ac de rebus magnis & maximè creditu difficillimis, esset dicturus, ideo scripta auctoritate sui nominis vult corroborare: ac proinde quod toties sub ejus nomine referebatur, minimè in dubium poterat vocari. Rupertus hoc loco: *Utilitati nostra intendens, revelationes difficillimas, quas conscribere ingrediatur, præmittit, ac defendit, ne corremantur: ne quod futurum erat, ob sui difficultatem liber vituperaretur, & scribis dignum cavere judicaretur: aut ejus cujus est scilicet Joannis Apostoli & Evangelista, dilecti Jesu Christi, esse denegaretur.*

Quæstio principaliter inquit, cur Joannes hic fratrem se dicit? Respondet primò D. Bernardin. Senens. *Fuit, ait, Joannes amans veraciter, consulens sapienter, consolans dulciter, subveriens libenter, communicans largiter, conservans concorditer; hæc sunt conditiones veri fratris; dicitur frater, quasi ferè aliter.* Joannes se fratrem dicit, non naturâ, nec nomine solum, sed cum omnibus veræ fraternitatis conditionibus, quibus erga discipulos suos se habebat.

Secundò. Divus Ambrosius in præsentia: *Discipulos vocat fratres, quia uno Christi sanguine redempti, & una Matre, Ecclesia scilicet, erant generati.* Accepta fide per Baptismum omnes Christiani, gratia, ac adoptione, Christi filii constituimur: exindeque inter nos ipsa gratia fratres in Christo Jesu conjungit, tanquam in capite, ac optimo parente spirituali, quorum omnium Mater est Ecclesia, quem Christus, ut sponfam sibi dilectam, adjunxit: ad quod tendit totus discursus. Pauli ad Ephesios cap. 5. num. 23. *Vir caput est ecclesie; sicut Christus caput est Ecclesie: ipse Salvator corporis ejus, sed sicut Ecclesia subjeta est Christo, ita & mulieres viris suis, &c.*

Ex quo colligitur. Cur Joannes se fratrem nominat, qui parentes suos carnales

Ma. 1. Ezech. 1. Jerem. 1. Quare Evangelista non se dicit filium Zebedi.

nales commemorabant: *Visu Isara filii Amos, &c. Verba Jeremia filii Heicia, &c. Factum verbum Domini ad Ezechielem filium Buzi, &c. sic de cæteris.* At Joannes in hac sua Prophetia, non se dicit filium Zebedi; aliorum vero super antiquam legem utens, non respicit ad generationem carnalem, sed ad spiritualement, qua servus erat Jesu Christi, ut ipse dixit statim in principio: *Mittens per Angelum suum servo suo Joanni.* Qui modus scribendi frequens est apud Apostolos Paulus Rom. 1. n. 1. *Paulus servus Jesu Christi.* Et Jacobus 1. n. 1. *Jacobus Dei, & Domini nostri Jesu Christi servus.* Pet. 2. cap. 1. n. 1. *Simon Petrus servus, & Apostolus Jesu Christi.* Et hoc est maximè in usu apud Apostolos, ut se servos, & Apostolos dicant; tanquam indicantes suam spiritualement generationem, qua Domini servi, & Apostoli regenerati sunt.

Tertio Rupertus ponderat eximiam Christi humilitatem, juxta illud Pauli ad Galatas 4. n. 1. *Quanto tempore hæc parvulus est, nihil differat a servo, cum sit Dominus omnium.* Tunc subdit citatus abbas Tuicens *Refle igitur, & ut talis Magistri discipulum decet, nostro videlicet consorcio contentus est, dicens: ego Joannes frater vester; quod si causa poposuisse, non dubitemus, eum dicere potuisse, quod majus, inò quod humilior est: Ego Joannes servus vester.* Joannes nec se Apostolum, nec Evangelistam, nec Domini dilectum se dicit, sed tantum fratrem, cum enim esset Christi discipulus, ac in ejus schola educatus, Christi humilitatem maximè imitabatur, ac proinde quantum major erat, tantò magis se deprimebat, sua magnalia silentio involvens.

Quarto. Richardus Victorin. Notandum, ait, quod cum possit dicere, *Magister propter prælationem, dixit, frater propter humilitatem: tacuit ergo Magister, ne videretur per prælationem terere, dixit frater, ut per humilitatem facilius persuadere posset.* Magnos honores titulos omittit Joannes, & solum se fratrem nominat; quod humilitatem importat: quia dum se prælatum ostendit, ejusdem conditionis, ac humilitatis cum subditis, non se super eos extollit, sed ejusdem generis cum illis, ut eos maximè ad se alliceret, eosque sic traheret ad suam doctrinam capellendo: *Ut per humilitatem facilius persuadere posset.*

De magno ac præclaro Magistro sunt verba illa: *Sedens in cathedra sapientissimi Principis inter tres: ipse est tanquam tenerimus ligni vermiculus.* 2. Reg. 23. num. 8. Compose modò ligni vermiculum cum sapientissimo sedente in cathedra: nunquid ipse docebat et cathedra, se tanquam elatum principem, ac dominatorem exhibens ut alios comprimeret? minimè, sed tanquam ligni vermiculus, sua objectione, ac molli ténacitate ligni idritiem domans, ac pertransiens, alios devinciens, ac ad se illiciens, non alta arrogancia, sed humili modestia, ac lenitate.

ait Christus D. Petro, totius Ecclesie capiti, ac principi: *Ego rogavi pro te, ut non deperiat fides tua; & tu aliquando conversus, confirma fratres tuos.* Luc. 22. num. 32. Non ait Dominus Petro: Tu es Pastor ac Caput meæ Ecclesie, ut, ergo Pastor, ac Princeps, instrue subditos, ac tibi subditos: sed ait: *Confirma fratres tuos; ac si dicat, sic erga eos te habeas, ut tanquam unus ex illis, eo instruas, ac doceas: hac enim humili, & modesta charitate facile eos devincies.* Cajet. *Vide, ait: quod non subditos, sed fratres, vult haberi reliquos a Petro: vide, quod officium, non dominandi, sed confirmandi in bono fidei, spei, & charitatis, pronuntiat, ac mandat.*

Et nota in Apocalypsim, 1.

QUESTIO XXXIII.

Quare Joannes se dicit participem in tribulatione?

HOC de se testatur Joannes, quoniam ipse sævitiæ Domitiani Christianos persequentis expertus erat, in Pathmosque insula ad eruenda metalla fuerat relegatus. Hic est sensus litteralis: moralem persequeretur.

Respondet primò R. Chardus Victorinus: *Particeps in tribulatione, ait, ac si patenter dicat, si propter illa, qua superius de mea scribo persona, Prophetiam istam non dignamini audire; tanto namque libentius me audire debetis Doctorem, quanto amplius me auditis in his, qua dicta sunt, vobiscum esse participem.* Non splendidus titulo de se Joannes profert, sed quod sit particeps in pressura, ac tribulatione cum suis discipulis, propter fidem Christi; roto animo intendebat Apostolus, ut sui fidem darent dictis hujus libri: utpotè res maxime necessaria, & quia homo maximè afficitur ad consocium suum, idè se dicit participem in tribulatione cum eis, ut si non credunt Apostolo propter ejus eminentem dignitatem credant propter societatem: quia ille testimonium profert, qui particeps est cum eis in tribulatione, regno, & patientia. Idem etiam docet Aret. Cæleriens. Episcopus: *In omnibus seipsum esse participem ostendit, æquum est, ut etiam fide dignus habeatur in his, qua à se visa sunt, & audita.*

Secundò Rupertus. *Particeps in tribulatione, ait, sive tribulationum justorum, quoniam multa sunt: aliquis illam existimaret, pro eo quod dictum Petro in Evangelio: sic cum volo manere donec veniam, quid ad te? tu me sequere, ac si diceret, non enim per passionem martyrii volo consummari, sed absque violentia persecutionis, diem expectare novissimum: ac ille Calicem Domini bibi; Calicem, inquit, meum bibetis, &c. Ubinam bibi iste illum Calicem Domini: nimirum illic, ubi juxta propheticum dictum Simeonis jussu beata genitricis ejus animam gladius pertransivit: nam cum omnes discipuli, relicto eo fugissent, iste dilectus discipulus cum Maria Matre ejus juxta Crucem stetit, & clavos manuum, ac pedum ejus, lanceam quoque perforantem latus ejus sese inspicit: illic enim gladius idem, qui Maria Matris animam pertransivit: nunquid dilecti, ac diligenti discipuli animam non terigit? Terigit planè, & illic Calicem Domini bibens, sicut & Maria, sic & omnium Martyrum Christi particeps factus est in tribulatione. Joannes eximie dilectus à Christo, nunquid liber evasit ad ærumnis, tribulationibus, ac martyrio? minimè.*

D 3